Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



207

introibant prohibuistis. Cum hec ad illos di
ceret. ceperunt pharisei et legis periti grauiter
insistere. et os eius opprimere. de multis insidi
antes ei. et querentes capere aliquid ex ore eius
ut accusarent eum. In exaltacione s. crucis.

Fr̄s. Verbum crucis Ad corinthios.

Fperentibus quidem stulticia est. his autem qui
salui fiunt. id est nobis uirtus dei est. Scriptum
est enim. Perdam sapientiam sapientium. et pruden
tiam prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapi
ens. Vbi scriba. Vbi inquisitor huius seculi. Non
ne stultam fecit deus sapientiam huius mundi.
Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus
per sapientiam deum. placuit deo per stulticiam predi
cationis saluos facere credentes. quoniam et iudei
signa petunt. et greci sapientiam querunt.
Nos autem predicamus xpm crucifixum. iudeis
quidem scandalum. gentibus autem stulticiam. ipsis autem
uocatis iudeis atque grecis xpm dei uirtutem
et dei sapientiam. quia quod stultum est dei sapien
tius est hominibus. et quod infirmum est dei fortius est ho
minibus.